

imperialis quibus si contra hanc inhibitionem fecerint, sine autoritate huius decreti ac D sententiae ipso facto priuati, & alias iuris incurant poenas, ne eidem Petro de Luna schismatico & haeretico incorrigibili, notario declarato & deposito, tanquam papae obdiant, pareant, uel intendant, aut eum quoquis modo contra praemissa sustineant, uel receptent, fibi q[uod] praeſent auxilium, consilium uel fauorem. Declarat insuper & decernit, omnes & singulas inhibitiones, omnesq[ue] processus & sententias, constitutio[n]es & censuras, & alia quaecunq[ue], per ipsum factas, factas, & facta, quæ possent praemissa obuiare, irritos, irritas, irrita, atq[ue] irritat, reuocat, & annullat, ceterisq[ue] poenis, quas in praemissa casibus iura statuunt, semper saluis.

Hac schedula sive sententia lecta, prædictus Stephanus episcopus Dolensis ex parte ipsius synodi dixit in effectu: Quamvis in processu cause huiusmodi nullus posset defectus allegari, tamen sancta synodus prædicta ad superabundantem cautelam o[mn]es supplet defectus, si qui interuenissent. Ad quæ omnia & singula dominus præsidentis nomine totius concilii respondit, placet.

S E S S I O T R I G E S I M A O C T A V A.

DIE mercurii uigesimali mensis Iulij, Constantia in ecclesia maiori fuit sessio publica solenniter celebrata. Et reverendus pater dominus Nicolaus Afflissimatus missam de beata uirgine Maria celebrauit, reverendus vero pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis sanctæ Romanae ecclesie cardinalis & uice cancellarius, huiusmodi sessioni præfudit: & letanis & alijs orationibus & solennitatibus solitis lectis atq[ue] peractis, uenerabilis uir dominus Petrus de Lomburga legit quædam decreta tenoris subsequentis.

¶ Decretum irritans poenas latae contra ambasatores Infantis Henrici.

Constantien,
concl[usio] fel.¹⁰

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis in spiritu sancto legitime congregata, ex certis & iustissimis causis eandem sanctam synodum mouentibus, nuper omnes processus tam super proprietate quam possessione, priuationes etiam beneficiorum quæ possidebant, & collationes alias de eisdem factas, aut excommunicationis uel suspensionis uel quascunq[ue] alias sententias, in se contra uenerabiles fratres & dilectos ecclesiæ filios ambasatores & procuratores charissimi ecclesiæ filii Ioannis regis Castellæ, consanguineos & familiares eorum, à die primo mensis Aprilis anni domini millesimi quadragesimi decimisexti, circa factas aut promulgatas, irritauit & cassauit, irritaq[ue] & causa deficiavit, statutiq[ue] & decrevit ambasatores prædictos, con sanguineos uel familiares ipsorum, perinde ad statum pristinum reducendos, ac si priuationes, collationes, processus & aliae sententiae prædictæ, latae aut promulgatae minime fuissent, etiam si super processibus, prouisionibus & collationibus & sententijs prædictis aliquæ bullæ sive literæ appareant sub anteriori data, quæ tamen ante dies em prædictam non fuerant in partibus præsentatae, & plenaria executioni demandatae. Volens itaq[ue] eadem sancta synodus ex similibus causis mota, dilectos ecclesiæ filios Vitalen de Scoto commendatorem de Caranaqua, & fratrem Ioannem de sancto Iacobo ordinis fratum Minorum in theologia magistrum, & Barsum de Vergara militem ordinis sancti Iacobi de Spata, ac Ioannem Alfonsi baccalaureum in decreto, ambasatores & procuratores dilecti ecclesiæ filii illustris Henrici Infantis Aragonie, Siciliae &c. ac dicti ordinis sancti Iacobi de Spata magistri similis fauore prosequi, accedenti quo ad praemissa prærogativa gaudere, statutum & decretum, irritations & cassationes prædictas ad præfatos ambasatores prædictorum Infantis Henrici & magistri, & ad consanguineos & familiares ipsorum, decernit perinde extendi, ac si in supradicto decreto aut statuto fuissent una cum prædictis ambasatoriis bus regis Castellæ ac specialiter nominati.

¶ Decretum revocationis uocum, ambasatoribus
regis Aragonum concessarum,

Sacro